Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8268
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



mi probat, quae putamus considerasse dominum Cisnerum pie memoriae, cum hanc suam constitutionem tit. 23. pt. 2. Ordinat. subjiceret, sed tantum ad ~~solos~~ solos status Imperij, vel immediate subditos restrictio facta, ubi saltem dignitatis personae, & non bonorum ratio habita.

Decimo sexto in Camera notum est, quod nobilib. immediate subjectis Imperio decernamus processus super constitutione Arrestorum, licet nulla plane bona Imperij habeant, respiciendo solum personas, idem videmus in Comitatib. Schlick & Mansfeldt.

Decimo septimo, quae verba omnino vacuus und durcht non minus in hac constitutione locum habeant, quam in constitutione pignorationis ergo de exceptione ratione rerum quoque intelligi possunt. ut not. Gayl. Obs. 14. n° 7. & 8. de pignorib.

Decimo octavo, qualitatis rei nullam consideratione habendam ostendunt verba finalia ipsius constitutionis ibi: Wo denn dem selben Mandat gehorsam geleistet, soll die hauptsach darumb der Arrest angelegt, zu ordenlichem recht, wie sich gepreit gewiesen werden, quae verba si quis ad bona saltem immediate Imperio subjecta restringere vellet, injuriam certe textui